

LXXXVII. VIII B. 19  
 119 Codex membraneus lat. Sec. XIV. exeuntis, Folior. 273. f. per duas columnas scriptus et rubricis distinctus continet I. *Partem tertiam vasti Commentarii in Psalterium Honorii dicti Solitarii*, quem eundem esse putant cum *Augustodunensi* Presbytero et Scholastico Sec. XII. Scriptore, quibusdam Gallo, aliis vero Teutone, ut videre est apud *Fabricium* et *Hambergerum*. Titulus miniatus ita habet: *Incipit exposicio in tercio Quinquagintale honorij solitarij*. Initium Operis: *Quatuor sunt genera prophetie, fit enim aut per acta, aut per dicta &c.* Psalmo cuius praemittitur *Introductio*, et post Psalmos exponuntur etiam *Cantica biblica, Hymnus Ambrosianus, Oratio dominica, Symbolum Apostolorum*; *Symboli* vero *Athanasio* vulgo tributi tantum adfunt *περολεγόμενα*, quorum finis: *Et nouerint in hoc opere nil esse meum praeter solum laborem sententias autem esse sanctorum.* Et rubro: *Laudetur sancta trinitas deo dicamus gratias Amen.* Fontes *Honorii* praeter vetustos PP. praecipui sunt *Cassiodorus* et *Rabanus*. Codices, in quibus integri hi Commentarii habentur, enumerat *Bern. Pezsius* in *Dissert. Isagog.* in T. II. *Thef. Anecd.* p. 9. atque eod. T. ad col. 95. *selectos* ex Cod. *Gemnicensi* Psalmos exhibet. Univerſi lucem nondum videre.

II. fol. 126. p. 2. *Johannis de Lignano* vico agri *Mediolanens.*  
*Denis Codd. mſs. theol. Bibl. Palat.*

fed 1378. Civitate *Bononiensi* donati, ibidemque *Juris eccl. Doctoris* usque ad an. emortualem 1383. Opusculum hoc rubro: *Traſtatus de Horis Canonicis dicendis editus per Jo. de Lignano.* Praemittitur *Elenchus XII. Quaestionum*, quibus constat, quaeque deinceps fuse discutiuntur hoc initio: *Ad honorem illius cuius sunt opera inseparabilia, scilicet sancte et indiuidue trinitatis &c.* Definiunt: *ad aliquas horas peculiare uel uigilias mortuorum obligatur*, et rubro: *Explicit traſtatus de horis canonicis dicendis cum questionibus editus per venerabilem Dominum Johannem de lignano utriusque Juris doctorem &c.* Impreſſus habetur in *Collect. Traſtatum Juris Venetiis 1584. T. XV. P. 2. f. 558.*

III. fol. 132. rubro *Incipit Prefacio beati Jeronimi presbiteri in libro interpretacionis hebraicorum nominum.* Initium: *Philo vir disertissimus iudeorum &c.* Totus liber, ut in *Edit. Vallarsiana* Opp. *Hieronymi* T. III. p. 1. sed non sine lectionis varietate, *Martiana* et *Vallarsio* subin haud adnotata.

IV. fol. 151. rubro: *Incipit prefacio domini Eusebij Sopbronij Jeronimi in libro locorum ab Eusebio pamphili cesariensi episcopo prius edito quidem in greco. sed a prefato Jeronimo postmodum diligencius ad latinum stylum translato.* Praefationis initium: *Eusebius qui a beato Pamphilo martire &c.* Et hunc Librum habes *edit. supracit.* T. III. p. 121. Sed *Nomina regionum*

gionum atque locorum de actibus apostolorum, quae in Codice nostro cohaerent, a *Martianaeo* penitus rejecta, a *Viris* eruditis *Bedae*, in cuius Operibus leguntur, tributa *Vallarsius* in *Appendicem T. cit.* p. 719. transtulit, iisque adjunxit ex *Mf.* suo *Significationem characterum hebraic.* et *X. Nomina Dei*, quae in nostro quoque subnexa sunt. Prior nobis inscribitur: *Secundum esdram ueri characteres hebreorum Nomina et interpretationes eorum.* Initium: *Aleph mille uel doctrina &c.* Ad calcem: *In hoc alfabeto dupliciter habentur g. b. y. n. quia principia media et ultima uerborum aliter scribuntur.* Ante *Nomina Dei* uero haec leguntur: *De epistola cuiusdam symeonis in qua ait de decem nominibus quibus uocatur nomen domini.*

*V. fol. 173. p. 2.* Sequitur *Eucherii Lugd. Ep. Liber Formularum spiritualis intelligentiae*, siue *Expositio Allego-riarum* in sacris Literis. Initium: *Incipit epistola eucherij episcopi ad ueranum episcopum. Eucherius lugdunensis episcopus uerano pontifici salutem. fformulas spiritalis intelligencie latinorum nominum componendas &c.* Exemplar nihilo perfectius illo, quod alibi indicamus, ubi et de *Opusculi* editionibus agimus.

*VI. fol. 198. p. 2.* *Incipit prologus in librum beati ysidori episcopi de uita uel obitu sanctorum qui in domino precesserunt. Quorundam sanctorum nobilissimorumque uirorum ortus uel gesta cum genealogijs suis &c.* *Opusculi* ipsius,

quod etiam alibi occurrit, haec est miniata inscriptio: *Incipit liber ortus et uite uel obitus sanctorum patrum qui in scripturarum laudibus efferuntur.* Extat in *Jac. du Breul* editione *Opp. Isidori Paris. 1601. p. 521.* non sine lectionis differentia; ita, dum haec ait, *Petrum sepultum Romae tertio lapide ab urbe ad orientalem plagam*, noster illum condit *uno ab urbe miliario ab occidentali plaga.*

*VII. fol. 206. p. 2.* *Ejusdem Isidori Ep. Hispalensis Allegoriae* quaedam f. *Scripturae*, quas antecedit *Epistola ad Orosium: Domno sancto ac reuerentissimo fratri horenzo ysidorus. Quedam nominatissima nomina legis et euangeliorum &c.* *Titulus libelli* miniatus: *Incipit desloracio beati ysidori in nominatissimis nominibus legis et euangeliorum.* *Initium: Adam figuram christi gestauit &c.* *Habetur et alibi cum superiore Opusculo*, ut hic, *conjunctum et in edit. Breuliana p. 515.* *Calci adjecta nobis est breuis institutio de Jejunijs ecclesiasticis sub rubro: Sequitur de quatuor temporibus, ex Off. eccl. Isidori*, ut uidetur, deprompta.

*VIII. fol. 214. p. 2.* *Hieronymi Quaestiones Hebraicae in Genesim* praemissa hac rubrica: *Nota quod sequens liber determinat multa que in libro interpretationis hebraicorum nominum Item similiter in libro locorum non plene sunt recitata.* *Inscrip- tio Prologi* miniata et initium: *Incipit prologus Soffronij Eusebij Jeronimi In libris*

*bris hebraicarum questionum ante ipsum inauditis tam grecis quam latinis. Qui in principijs librorum debeam (debebam) secuturi operis &c. Initium Operis: Incipiunt hebraice questiones libri genesis. In principio fecit deus celum et terram. Plerique estimant sicut in altercatione quoque iasonis et papiſti &c. Leguntur hae Quaestiones T. III. edit. Vallars. p. 301. passimque cum Cod. nostro consonant, qui tamen collatione dignus fuisset; ita ad C. I. v. 2. pro Vallarsii *Merefeth*, מרהפת, rectius legit *Marabaefeth*, et, quod prorsus singulare est, ad C. II. v. 8. pro מקרא ab oriente ait in hebraeo haberi *Mimizra* מזמרה. Pro *Aquilae* ἀπο' ἀρχης, ut est in *Hexapl. Orig.* ponit ἀρχη, et Graeca passim corrumpit.*

IX. fol. 235. p. 2. rubro: *Incipit explanacio decem temptationum.* Initium: *Hec sunt verba que locutus est moyses* &c. Finis succinctae Commemorationis harum tentationum: *Decima de exploratoribus.* Sunt vero Tentationes, quibus Populus hebraeus Dominum in deserto tentavit.

X. fol. 236. *Incipit explanacio cantici debbore et barach de libro iudicum.* Initium: *Cecineruntque debbora et barach filius abinoem* &c. Finis: *sicut babes in ieremia propheta.*

XI. fol. 238. *Incipiunt hebraice questiones de libris malachim id est regum, Primumque de libris samuelis.* Initium: *Fuit uir unus de ramathaim soppim* &c. Finis:

*sed declinasse post Adoniam; per turbatior enim in Cod. nostro ordo est, quam apud Vallarsium, utrinque tamen Opusculum in L. III. Reg. c. 7. v. 14. definit.*

XII. fol. 253. *Incipiunt hebraice questiones prioris partis libri dabreiamin. In quibus si uis tenere ordinem hystorie. alfabeto a regione affixo naturaliter innitere. Nomen dabreiamin dicitur palippomenon. Initium: Heber nati sunt duo filij &c. Finis post Quaestiones secundae Partis: cyrus ut ruinas templi restauraret. Habuit Vallarsius Codicem, in quo IV. haec Opuscula falso Hieronymo alibi adscripta, nobis vero ἀδεσποτα, eodem se ordine consequuntur. Rejecit ea in *Append. T. III.* ad p. 741. *Martianaem* in eo secutus, quod Autorem *Hebraeum* quendam eruditum, non ex recentioribus, post Masorethas tamen scribentem statuant. Vide, si lubet, *Admonitiones T. cit.* his Opusculis praefixas.*

XIII. fol. 266. *Incipiunt Questiones in Abacuc prophetam.* Initium: *Ubicunque omnis uerbi domini ponitur* &c. Finis: *fileat a facie eius omnis terra cum uenerit ad iudicandum.* Has quoque Quaestiones *Hieronymo* suppositas in *Cod. suo* legi testatur *Vallarsius T. cit.* p. 822.

XIV. fol. 267. *In Zacharia propheta de quatuor ieiunijs disputatio secundum hebreorum traditionem.* Incipit: *Hec dicit dominus exercituum. ieiunium quarti* &c. Definit in *tertio* Jejunio i. e. *septimi*

*timi mensis*, nilque aliud est, nisi brevis indicatio originis cujusvis jejunii.

XV. fol. eod. p. 2. *Incipiunt cronica succincte scripta de regno hebreorum.* Initium: *Quadragesimo tercio anno nini regis assiriorum &c.* Decurrunt a nativitate *Abrahae* per utrumque regnum usque ad *Hierosolymae* per *duos ursos*, ut dicitur, *Vespasianum* et *Tantum* destructionem.

XVI. fol. 268. *Incipit liber proemiorum de plenitudine librorum ueteris ac noui testamenti quos in canonem catholica recipit ecclesia iuxta uetustam priorum auctoritatem.* Enumerantur primum breuiter Libri omnes V. T. canonici hoc initio: *In principio uidelicet quinque libri Moysi &c.* Dein cuiusvis Libri *ἑπιτομή* exhibetur. v. g. *Genesis iuxta fidem hystorie describit fabricam mundi &c.* Desinit: *flumen eciam baptismi. mundum uite in dominum ihesum christum.*

XVII. pag. ult. *Commentariolum de Literis hebraicis una cum earum figuris.* Incipit: *Hebraicarum literarum forme due sunt. Vna antiqua qua samaritani utuntur. altera posterior qua iudei &c.* Edidit *Vallarsius* ex *Cod. Mediol. Ambrosiano* T. XI. Opp. *Hieronymi* p. 304. hac ibi hedera: *Incipit Descriptio Eusebii Sophronii Hieronymi de formis Hebraicarum literarum*, et quanquam, ut oportuit, abjudicet *Hieronymo*, alphabeto tamen adpicto plus tribuit, quam imperitae manus ductus, in *Cod. cit.* et nostro parum

congruentes, promereri videantur.

LXXXVIII. VI. C. 31

Codex chartaceus hisp. Sec. 157 XVI. Folior. 201. f. est *Commentarius in primos XLI. Psalmos Davidicos*, qui fine Autoris nomine et Praefatione statim incipit: *Salmo primero. En este Salmo qui es como probemio de todo el Salterio muestra dauid el bien de la piedad y el mal dela ynpiedad &c.* Defaecatae pietatis interpretatio est, versumque ex versu expendit. Desinit: *Los hebreos diuidiendo todos los salmos en cinco libros hazen a qui el fin del primer libro dellos.* In Autorem frustra inquisiui.

LXXXIX. VI. E. 12

Codex chartaceus lat. Sec. 301 XV. Folior. nunc 84. f. partim per 2. columnas exaratus ad Cl. *Lambecium* olim devenisse videtur ex inscriptione *Pag. 1. Honorabilis vir dominus Andreas steenbecke de lentze perpetuus vicarius in Capella Sancti spiritus Hamburgensis donauit hunc librum in suo testamento ad lecturam doctorem pro anime sue salute. Qui obiit Anno Domini MCCCCLXXV. hora quarta summo mane post dominicam Cantate post Pasca. Requiescat in Pace.* Exhibet is I. *Innocentii III.* Pont. Rom. antea dicti *Lotharii* ex Comitibus *Signiae*, qui sedem ab an. 1198. usque ad an. 1216. tenuit, *Expositionem in*